

26^a

homines faciunt & haec est illorum uita. si nos peccemus, sine dubio
interitus eorum est. si non peccemus, interficiuntur ergo habi-
tatores gair. sancti qui que p[er]munt & non demittunt ex eis ullum.
hu sine dubio qui cum omni diligentia seruant consuium ^{mala} ne de
eo cogitationes p[re]cedant. sed & qui obseruant ossuū ut omnis
sermo ^{ullū} malus ex ore eorum non p[re]cedat. hoc enim multa relin-
quere qui effugiat cum eis. nec sermo effugiat malus. agite
ergo & uos praeparemus nos ad huiusmodi praelia. p[er]cutiamus
gair in ore gladii & extinguamus omnes habitatores chaos omnes
contrarias uirtutes. Utinam & ego modo dū loquor ad uos uer-
bū dī cor pectoris pulsare possim. quod si fecero certum est.
quod gladio oris mei p[er]cutiō fornicationem. p[er]cutiā malitiā.
restringam furorem. & si qua alia sunt mala in ore gladii.
Idest oris mei sermone restringam & non derelinquā eos
qui saluus fiat neque qui effugiat. Si enim omnes hostes
n[ost]ros extinxerimus. tunc uere diem festum celebrabimus
dō & de uictis aduersariis. Laeta sollempnitate gaudebimus.
tale aliquid mihi & iam uidetur scō p[ro]ph[eta] & in psalmis desig-
nare ubi dicit de se. qui animas tuas interfici & omnes
peccatores terrae. ut disp[er]dat in decuitate dñi omnes
qui operantur iniquitatem. Si uero enim ciuitas dñi eccle-
sia dī uiuentis accipitur. eciunt doctores de ecclesia & in-
terficiunt eos qui operantur iniquitatem. contrarias demo-
num aduersarias uirtutes. quaeque cogunt homines ad pec-
catum. docendo. & instituendo. & occultant diuinis litteris.
& locis talibus; in qualibus nunc sumus misteria reseruando.
sive ciuitatem dñi unius cuiusq; n[ost]rā animā intellegamus
quae aedificatur ad nō ex lapidibus; uiuis. Idest ex uirtutibus;
uariis & diuersis; de ip[s]a quoq; ciuitate scī quisque.